

runt; tot Patriarchae, tot Proprietate, tot Judices, tot Duces, tot Reges. Etenim nobilissimos, sapientissimos, religiosissimos, fortissimos apud hanc gentem floruisse viros, testes sunt literae inspiratae, ad quas lectori mittere consultius visum, quam ingentem antiquae Ecclesiae gloriam in angustias hujus orationis rede- gisse. Perlegat Josue victorias, duodecim Judicum gesta, Othonielis, Gedeonis, Samsonis miracula, Davidis triumphos, Machabaeorum facinora. Unus protecto nobilissimae Faeminae gloriam univerſae Barbarorum praeteret potentiae. Evolvat Prophetarum monumenta, Regum Historias, Salomonis antiquae Encyclopaediam, nullibi tam perfectam encyclopaediam, nullibi tantam scientiarum sive naturalium, sive moralium, sive Theologicarum notitiam usquam inveniet: nullibi Aethiaram, Memphisae tantam sapientissimorum viro- rum, tamque frequentem aut Academiam, aut Lyceum, aut Poecilem conspiciet. Adeat augurium illud Hierosolymorum templum in libris Regum, & Paralipomenon descriptum; lustret animo sanctissimum, ac magnificentissimum adytum. Mirabitur certe numerosis- simam Sacerdotum, Levitarum, Ministrorum frequentiam; suspiciet sacrum Aaronem albata statorum, ac nepotum corona circum- datum; summa omnes religione, reverentia, pietate divino cultui accuratissime intentos: reliquum vero populum plurimam hostiam rem publicam lustrantes, Deumque unum uno in Templo frequenter, religioſeque venerantes. Verè quidem videtur mihi de Hebraeorum nobilitate, a religiosa pietate orta scripsisse Tertullianus in Apologetico cap. 21. *Judais erat apud Deum gratia, ubi & insignis justitia, & fides originalium auctorum, unde illis & generis magnitudo, & Regni sublimitas floruit, & tanta felicitas, ut Dei vocibus, quibus edo- cebantur, de promerendo Deo, & non offendendo praemonerentur.*

Tertull.

1265

Ecce Hebraeorum Gentem verè mag- nam à Deo dictam Genes. 12. 2. Hebraicè, gadol. 4. Reg. 10. 11. verè Vulgatus, opti- mates, ali Magnates: sicut etiam Nahum 3. 10. Ecce Abrahami semen, sidera clarissima, hamo, tamquam à sole, nobilitatis claritudi- nem accipientia Genes. 15. & Ecclesiast. 44. 23. Ecce populum honorificatum: Ecclesiast. 24. 16. Vatablus, populum illustrem. Ecce auream illam arborem, cujus truncus humani femoris speciem referebat; Arborem, inquam, auream generis Abramici, ex cujus trunco, ex cujus femore, rami sese in auream viridi- tatem erigentes, tot fructus tulere, quot fi- lios; tot filios, quot lices splendidissimas. Candelabrum intelligo Mosaicum, & Salomo- nicum, quod erat instar arboris pretiosae ex auro fabricatae; nempe instar pulcherrimae nucis, floribus, fructibusque conspicuae. Exod. 25. 33. Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile ejus, & calamos, scyphos, & sphaerulas, ac labia ex ipso procedentia. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex uno latere, & tres ex altero. Tres scyphi quasi in Nucis modum per calamos singulos, sphaerulaeque simul, & lilium: & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, &c. In ipso hastile in- star femoris, autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum. Arias Montanus libro de arcae fabrica putat, hastile, pedem, seu truncum

In candela- bro veteri designata speciosè.

Erat instar nucis arboris.

EXO. 25. 33.

Hastile in- star femoris.

hujus arboris fuisse humani instar femoris: nam pro hastile, est Hebraicè jerech, sive ja- rech, quod significat hastile, & femur, ut claret ex Genes. 24. 2. *Pone manum tuam super femur tuum.* Et cap. 32. 25. *Tenigit nervum femoris ejus.* Nucem verò nuptialem esse arborem, multi observant ad illud Cant. 6. 10. *Descendi in hortum nucum.* Unde Ma- ro Eclog. 8. *Tibi ducitur uxor, sparge mari- te nucas.* Et Plinius libro 15. cap. 22. nuptiis nucas religiosas fuisse prodiit, causam addit; quia quomodo factus munitur, totidem eae proteguntur operimentis, pulvina primum calycis, mox lignei putaminis. Adde ex Ge- nebrardo ad calcem Chronog. ex Hebraeis tabulis, sic sponsum apud Hebraeos pro spon- sae fide conjugali deprecatum: *Benedictus es, Domine Deus noster, rex seculi, qui statuisti nucem in paradiso Eden, &c.* Vide Valeria- num libro 51. Hieroglyph.

77

Nux, nup- tialis arbor. Cant. 6. 10.

1266 Jam ergo, quis non videat, Nucem illam arborem, nuptialem quidem, floribus fructibusque conspicuam, septemque lumini- bus, humani alticujus generis veluti stemma fuisse; praesertim cum pede ipso, seu trun- co, hominis femur repraesentaret, in quo gene- rationis principium Equidem auream hanc arborem praclarissimam Abrahamae prolem in- terpreto, illustrissimos Christi ac Deiparae Progenitores; extremum truncum, prima- riamve radicem, instar femoris, ipsum Abra- hamum dixerim praestrem, religiosissimumque Hebraeorum parentem & auctorem; à quo innumeri nepotes, proles numerosissima, cla- rissimaque septem lucernarum myſtico nume- ro significata; & ipsum Dei Verbum corpo- ratum suprema, eximiaeque candelabri lucer- na, & fructus terrae sublimissimos ex Matre Virgine genitus. Quò revoces illud Isaie vaticinium cap. 11. 1. *Egredietur Virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet.* Virga haec, Maria Deipara est, ut supra ex Patribus statuimus. Verum, cujusnam arboris virga? Nucis protecto, juxta multorum Patrum mentem, qui etiam docent eandem esse Isaie virgam, & Aaronis, quae nucem fuit, sive amygdalina; utramvis enim arbor- em Hebraea vox significat. S. Augustinus S. August. Tom. 10. Serm. 3. de Tempore: *Virga illa Aaron Virgo Maria fuit, qua nobis Christum verum sacerdotem ostendit, & peperit. De quo Isaia: Egredietur virga de radice Jesse. Quod haec virga nucas produxit, imago dominici cor- poris fuit. In corio nucis carnem significat Sal- vatoris, quae habet in se asperitatem, & ama- ritudinem passionis; in nucleo interiori declarat dulcedinem Deitatis.* Consonat Rupert. in Nu. lib. suo 2. cap. 4. *Quid virga illa, quam hic (Num. 17.) neque plantata, neque rigata, ger- minat, floret, & fructum facit, & in Prophe- ta jam dicto (Isaia cap. 11.) de radice Jesse egredietur, floremque producit; nisi Virgo regia Davidica stirpis? In illa virga speciosa novi- tatis vetus Eva genus revivuit: in illa nucem, quasi vel fracta per lignum crucis, anima nostra nucleum vite invenit.* Similia habent S. Bernard. Hom. 2. super Misus est; Sergius Agiopolita in cantico Nativitatis Beatae Mariae; & alii ex Patribus. Nuci ergo arbori assimilatur Christi ac Deiparae progenitores; & Nucis trunco seu radici ipse Jesse, à quo domus Davidis: pri- maria verò totius Hebraicae nobilitatis, & pietatis radix, Abrahamus exiit. Ut videas, quo

Isai. 11. 1.

Virga nucis arboris Ma- ria, nux Christi.

Rupert.

quo jure Abrahamitarum genus dixerimus au- ream esse arborem, nucem, nuptialem, au- reumque candelabrum, tot clarissimis lumini- bus conspicuum, quot praestribus, sanctissimis, sapientissimis, fortissimisque Christi, ac Christiparae progenitoribus.

Christus ex nobilissimis progenitori- bus.

S. Paul.

S. Hieron.

1267 Ecce tibi qua ratione humana Christi nativitas altas praemisit in electis Abrahami- ticae gentis radices. Ecce quomodo sublimio- ri humanae nobilitatis stemmate, & praestri- bus majorum suorum titulis honestetur, in- signiatur. Ut enim S. Paulus in Epist. 10. *Dignum erat, ut Unigenitus Dei, & primogeni- tus totius creaturae atque universi corporis cap- tur, etiam in generis corporei dignitate primatum teneret: ut unus in celo Dei Filius ante saecula ineffabili natus exordio, etiam in terris illu- strum titulum sibi apices vindicaret, Regum pariter, ac Sacerdotum clara progenies.* Et S. Hieronymus in cap. 10. Ecclesiastes. *Christus filius ingentiorum, de Abraham, Isaac, & Ja- cob, Prophetarum quoque & sanctorum stirpe descendens, quibus peccatum non fuit domina- tum, & ob id verè fuerunt liberi: ex quibus nata est Virgo liberior sancta Maria.*

TEXTUS ILLUSTRATIO

De Virgine Matre.

SECTIO III.

Idè Abrahamitica Gens in Dei populum pra- cipuum, acceptabilem, & opulentum fuit de- lecta, quia Deiparae populus, unde ipsa enascitur.

Galati.

1268 Galatini haec praenotatio est lib. 7. c. 11. ubi ita sapientissime: *Tam ingens, tamque immensus fuit ab aeterno, Dei in Matrem Messiae amor, ut propter eam Israeli- ticum populum sibi peculiarem fecerit, eo quod ex ipso proditura esset. Quod opportunè probat ex Rabbi Haecados magne apud He- braeos auctoritatis, in libro qui Revelator se- cretorum dicitur. Videns Deus (ait ille) ex Israël excidendam esse petram sine manibus, quae est petra primaria, ex qua Messias futu- rus est, qui extendit misericordias suas super universum orbem, propterea vocari voluit Israël Patrem universi orbis, & populum suum peculiarem. Alludit ad locum Zachariae c. 4. 7. De quo plura à n. 247. Rem totam paulò accuratius perferentur.*

Gens He- braea cir- cumfione à Deo distin- cta, selecta separata sibi adjuncta. S. Hieron.

1269 Genes. 17. eligitur Abrahamus in pri- marium magne posteritatis auctorem; eligitur in ipso, Hebraeorum populus in peculiarem Dei, sequestratamque familiam à reliquis nationibus caecitate laborantibus distinguen- dam. Distinctionis hujus signum voluit Numen ut esset ipsa Abrahamae & posteris ejus in- juncta circumcisio, quae esset etiam veluti divini Imperatoris stemma, sive character, aut stigmata. Ut enim praclare S. Hieron. lib. 1. Commentarior. in epist. ad Galatas c. 3. *Quia ex semine ejus erat Christus oriundus (in quo universarum gentium fuerat benedi- ctio repromissa, & ab Abraham usque ad Chri- stum multa erant tempora transitura) provi- dens Deus, ne soboles dilecti Abrahamae careris nationibus misceretur, & paulatim familia ejus fieret incerta, gregem Israeliticum quo- dam circumcisionis caeterio denotavit. Ex- P. Ildelph. de Flores in Eccles.*

pende modò quid arcanum in hac electione contigerit, in eoque segregati populi signo. Transmutatur nomen Abram in Abraham. Genes. 17. 5. *Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham: quia Pa- trem multarum gentium constitui te.* Reor pla- nè in hac nominis amplificatione exhibitum Abrahamae idoneum, congruumque pronptis suae Deiparae monumentum. Ut enim in su- perioribus statuimus à n. 403. Abraham per- inde est, evoluit etymologus, atque Pater excelsa, vel sublimis, aut eximia, sive sele- ctæ, aut separate magna Matris. Unde mihi extat (& nulli non, cordato viro) nomen Abraham sanè propheticum, excelsam illam praedicens, sublimem, eximiam, selectam, at- que ab universa faeminarum turba singulari di- stinctione separatam magni Filii magnam Matrem, atque ejusdem Abrahami grandem fi- liam; ob quam ipse, ejusque posterii signan- tur Dei caractere, segreganturque inter reliquas mundi nationes in peculiarem Dei po- pulum singulariter dilectum. Quò referas S. Ambrosium lib. 1. de Abraham c. 4. idem no- men reddentem, *Patrem electum.* Propterea igitur Abraham, Pater extitit multarum gentium (quae est vulgati interpretatio, quia Patre extitit eximiae, selectae, sublimisque Deiparae Mariae.

Gen. 17. 5.

Mutatur Abrahami nomen in circumfione, non sine intuitu ad Mariam.

Hebraea gens propa- gata, & conservata propter Deiparam.

S. Bernard.

Cant. 3. 7.

Rupertus.

1270 Hinc fit, ut quemadmodum Abraha- mitica gens in Dei populum peculiarem prop- ter Virginem ex illo oriundam electus fuit, sic etiam propagatus, & conservatus per tot an- norum millia, quoad usque Deipara una cum prole sua progigneretur: nisi enim inflaret hu- jus destinati, & praescripti finis profectio, de- solata jam fuisset gens Hebraea. Divinitate ob innumera eorum scelera exarcescente. Sic S. Bernardus in Ser. 61. cujus verba dedimus supra n. 851. *Illa hic preme: Omnes libera- tiones, & indulgentias factas in veteri testa- mento non ambigo Deum fecisse solum propter hujus benedictae puella reverentiam, & amo- rem. Hinc spectant illa Canticorum verba c. 3. 7. *En lectulum Salomonis, sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël; omnes tenentes gla- dios, & ad bella doctissimi: uniuscujusque en- sis super femur suum propter timores nocturnos.* Placet hic summo opere Rupertus interpretatio lib. 3. in Cantica, ubi rem totam sic elucidat: *Radicem, sive arborem bonam, quod erat ge- nus Abrahae, ad quem primo beata seminis re- promissio facta fuerat, diabolus per barbaricos gentium, vel regum impiorum gladios excide- re, atque extirpare volebat, unde facta e Histo- ria plena sunt. Idcirco tempus belli tunc erat, id- circo materialibus gladiis tunc tempus erat, ut defensaretur genus Abrahae, ut defensaretur ra- dix Jesse; defensaretur, inquam, atque pro- tegeretur genus & radix David, donec in B. Virgo nasceretur lectulus veri Salomonis. O igitur verum & bonum consilium, quod lectulum Salomonis sexaginta fortes ex fortissimis Israël ambiunt! Enumerat deinde sexaginta illos fortes ex populo Hebraeorum, Patriarchas, Prophetas, Duces, Reges, qui contra vim tyrannorum gladium fortiter strinxerunt, & contra lucifugas demones utentes operâ Re- gum Aegyptiorum, Israeliticorum apostata- rum, Assyriorum, Medorum, & Macedo- num ad Israelitici populi desolationem, ne Virgo Mater nasceretur.**

1271 Sed unde, quæso, Abrahamiticae genti bellica Hebraeorum virtus tanta, tantaque strenuitas adversus tygios



virtus à Maria. S. Bonav.

Prov. 8. 14.

חושב

Gen. 3. 15.

Prov. 8. 23.

Moyfi india constantia ad Egyptiam expeditionem, per Mariam.

S. Damasc.

Exo. 4. 17.

stygios hostes bellorum auctores! Non aliunde sanè nisi à generosa sobole Maria Deipara, quæ à Bonaventura in speculo c. 9. Bellatrix egregia nuncupatur. Ut enim ipsa de se ait Proverb. 8. 14. Meum est consilium, & equitas: mea est prudentia, mea est fortitudo. Pro equitas, Hebraicè est חושב, id est, substantia, constantia, efficacia, fortuna. Prudentissima, atque strenuissima Virgo, quæ vel nondum nata suos obarmabat fortunatissimos progenitores ad sui populi incolumitatem, & numerosam propagationem. In illis, tanquam caelestis Bellona, immanitimum inferorum monstrum, ejusque bellicorum semen, Antimarianos, & Antiabrahamos prosternebat; ac profligabat triumphabunda evadens. Hoc quippe illud est Geneleos 3. 15. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum. Ex Hebræo & Græco verti potest, ut supra observavimus; Ipsa conterendo prævertet, prope conteret, velociter, festinanter, præmature, vigilanter. Præcautissima omnem oculatissimi Draconis in Virginem, & Abrahamiticum ejuspopulum sævientem prævertet diligentiam prævigili, præcauta, præmaturaque festinatione: nondum enim nata hostiles insidias præveniebat, præoccupabatque, quia ex eo populo nascitura. Huc referas illud Virginis Prov. 8. 23. ab eterno, seu à sæculo ordinata sum. Verbum est militare militarem ordinem significans, per quem quilibet in sua statione collocatur. At quænam Deiparæ statio militaris à sæculo? Ex Hebræo vertas, ab eterno vexillata sum: id est, vexillo donata, tanquam antesignana, & bellatrix egregia, cui omnes Abrahamitarum triumphus deferendi sunt: in fortibus enim illius populi bellatoribus latentes Deiparæ curæ, constantia, efficacia, fortitudo, fortuna. Exemplis, uno vel altero, hoc illustremus.

1272 Exodi 4. inauguratur Moyfes Hebræorum Imperator sub dura, diraque Egyptiorum servitute gementium: mittitur in Ægyptum regiam Pharaonis pervicaciam domaturus, & Dei populum in libertatem asserturus: asseruit tandem infracto animo, atque inusitatis prodigijs, & in terram lacte, & melle fluentem eduxit. Unde illi, rogo, ad tantam Provinciam constantia, fortitudo, bonaque fortuna? à Virgine planè ex eo populo oriunda? Non enim ille antea in Ægyptum adlegatus, quàm ut rubum videret, & suspiceret flammâ depasum, nec consumptum. Decantatissimum certè intemeratæ Dei Matris emblema, cujus vel sola umbra & simulachrum, Moysem potuit reddere præclarum Heroam, egregium bellatorem, robore conspicuum, & de hostibus triumphatorem. Unde delucidè S. Damascenus Oratione 2. de Assumptione. Per simulachrum quoddam, & umbram Mariae tantus legislator, & princeps creatus est. Adde, datam tunc Moyfi virgam, miraculorum matricem, & quasi miraculorum promptuarium, & prodigiorum officinam. Exodi 4. 17. Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. Quid, quæso, virga poterit ad debellandos hostes? Quid valeat adversus sævissimum Regem regali potentia armatum, & multo stipatum exercitu Virga fragilis? Multum quidem, si noveris, virgâ illâ thauaturgâ præsignatam magnam Dei Matrem, virgam virtutis Dei, virgam de radice

Jesse pullulaturam. Sic S. Bernardus Homilia S. Berni. 2. super Missus est. Virga, qua feriente, aqua dividitur transituris. Sic Absalon Abbas in Ser. Abfalon. mone 31. de Assumptione. Virga Moysis, per quam fecit signa in Ægypto, Maria est. Ecce, unde vires, & animos adversus sævientes hostes concepit Moyses. Ecce unde sola virga pro gladio, pro hasta, pro clypeo, pro thorace, promulto milite armato ei sufficit omnino. Mater Virgo in virga illa testè operabatur, terrorem hostibus incutiebat, bellum gerebat, prosternebat, vincebat, triumphabat pro populo suo, à quo erat nascitura.

1273 Hinc pulchra lux affunditur illis Cant. 1. 9. in curribus Pharaonis assimilavi te, Amica mea. Ubi particula in, juxta Hebræorum idioma, idem significat, quod contra. Alludi credunt multi ex Latinis, Græcisque Patribus ad Ægyptiorum Regem, qui magno equitum curruumque exercitu comitatus Hebræos in eremum fugientes insecutus est. Sed Deus Regem illum, copias & curru illius ibiquasi inequitans, copiosumque secum equitatum deferens exercitus nempe Angelorum, undis demersit, traductis interim per mare rubrum sicco vestigio Israelitis, Exodi 15. Igitur equitatu illi Deum ipsum comitanti, ac de Pharaonis tyrannide triumphanti Virgo Deipara assimilatur: Equitatu meo contra curru Pharaonis assimilavi te. Pro assimilavi ponitur Hebraicè dama, quod propriè etiam significat cogitare, putare, existimare. Unde R. Salomon interpretatur: Apud equorum congregationem in curribus Pharaonis, cogitavi de te. Arcanè quidem ad rem nostrâ. Cum enim Deus quasi vir pugnator Pharaonæos submergeret, ac de illis triumphabat, & Abrahamiticum populum incolumem deducebat; in hac expeditione de Virgine Matre sua cogitabat, in illam inspiciebat, & intendebat, quasi præsentissima adesset; pro illa pugnat, & triumphos ageret pro progenitoribus suis.

1274 Mitto Vellus illud datum Gedeoni, Judic. 6. 37. in belli signum, & victoriæ prænuntium: quod prævius extitit Mariæ typus. Mitto etiam sacram illam testamenti Arcam ejusdem Virginis umbram, cui tot tamque gloriosos in sacris litteris cantatissimos triumphos Jacobea gens acceptos referre debet. Mitto columnam illam nubis & ignis, Hebraici populi per desertum gradientis ductrix, & propugnatrix, quâ Deiparam præsignari supra ostendimus. Celebrem illam Jacobi Patriarchæ prædictionem cursum, & forsam noviter premo, Genes 49. Gen. 49. 10. Non auferetur sceptrum de Juda, & 10. 1. Dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est. Pro eo, quod Vulgatus noster sapienter extulit, qui mittendus est, in exemplari Hebraico unica subest dictio Silob, vel Siloab, quam

Cant. 1. 9.

In triumpho de Ægyptiis ab Hebræis reportato Mariam Deum cogitabat, illa de triumphabat.

חבר

Rupertus.

Alia vetera miracula Mariam spectantia.

Gen. 49.

חילה

usque ad illam Gen. Hebrae conservata.

S. Anselm.

Apoc. 12. 1.

Ad præclarum Mariam nobilitatis commendationem spectantem luminosa Symbola.

quam Hebræorum majores in Berosith Rabba interpretantur: Donec veniat filius illius, videlicet, eximia femina. Est enim rō illius, femininum pronomen, Matrem Christi designans. Hanc interpretationem referunt; & sequuntur David in lib. Radicum, Galatinus libro 4. de Arcanis capite 4. Humerus, & Clarius Genes 49. Quibus adde Leonem Cæstrum libro 3. Apologetici vertentem; Donec veniat donum ei, vel ejus, nempe magnæ Matris Mariæ. Et quidem in eundem sensum recidit hæc versio, ac Vulgata; ut hanc illa explicare atque illustrare posse videatur. Hoc posito, vaticinatur Jacob, sceptrum ac Ducem de donio Judæ nequaquam fuisse defuturum, donec illustris ea femina Maria Deipara, ejusque Filius, eorumdem Ducum nepotes, ejusdemque sceptri Successores orientur. Indubiè ostendit etiam delectionis, propagationis & conservationis causam quia nimirum à Juda, à Ducibus, à Regibus illius tribus, Davide, Salomone, & cæteris in Judæ sceptrum succedentibus, originem clarissimam repetituri erant Christus, & Maria.

SECTIO IV.

Deipara extat nobilissima nobilissimorum Progenitorum soboles ad illud: Et in electis meis mitte radices.

1275 Quæ diximus supra de sanctissimis, ac præclarissimis Christi Progenitoribus, augustam quoque in Deiparam reverberant gloriam, cum verè Jesu Mater sit, per quam, & ex qua naturam ipse indutus humanam eorumdem avorum, proavorumque nepotem sese præstitit. Unde eodem studio, quo Evangelista Matthæus capite 1. Christi Domini genealogiam recensuit, Virginis quoque Matris gentilitiam retexit nobilitatem. Itaque sapienter Sanctus Anselmus Cantuariensis in Epistola ad Episcopos, & Orthodoxos Anglos, in hanc sententiam scripsit: Conceptionem Dominicæ Mariæ colere est Christi generationem commemorare: nam Virginis Mariae conceptio, Christi generationis est linea. Quapropter Evangelium, liber generationis, hodie, sicut in Navitate Domini, ad Missam legitur. Meritò ergo colitur & Filius generatio, & Matris conceptio; quoniam conceptio Matris, generatio est Filii. Hæc Anselmus; de cujus sententia, dum Matthæus genealogiam Domini describit, eadem operâ generationem Beatæ Virginis docet, ex qua Christus. Verum nonnulla hic singulatim discutiamus pro honorario Progenitorum Mariæ catalogo, quo ipsa illustratur non degener à præclara majorum gloria; imò illis reddens clariore nobilitatis titulos.

1276 In primis huc revoco visum à Joanne Signum magnum in celo, nempe Mulierem amictu sole, & Luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim. Apocalyp. 12. 1. De intemerata Dei Genitrice præcipua expositio extat, ut non semel notavimus. Mirissimum planè est, vestem, tiam, & calceamenta de clarissimis cæli luminaribus Virgini fabricari. Quorsum hæc? Reor, hisce luminosis Symbolis symbolicè designari sublimissimam Deiparæ nobilitatem per majorum retrò traduces ritè ad illam derivatam: imò pro humanam Christi ex ea generationem, augustiorem, in progenitores suos, suamque Genitricem derivavit. Rem totam seorsim ex P. Ildeph. de Flores in Eccles.

pendam, si præmisero ex sacris & humanioribus litteris, Nobiles vocari etiam claros. Unde clarum genus, clarum natalibus, clarum sanguinem, claram propaginem, claram progeniem, claros parentes, claros natales, virum clarissimum pro nobili Scriptores frequenter usurpant; quemadmodum etiam obscurum pro ignobili. Qua de re lege Tiraquellum de Nobilitate capite 2. à numero 9. Et observa, ex sacra id quoque Scriptura clarere, ubi albor, & candor ad claros, illustres & nobiles viros refertur. Ecclesiast. 10. 17. Beata terra, cujus Rex nobilis est. Vox originalis juxta Hebraizantes penè omnes significat album, seu candidum, & ad nobiles refertur, ac proinde Vatablus, & Forstnerus in Lexico transferunt, cujus Rex filius candidorum: alii, Rex natus clarissimis. Et Proverbiorum 22. 29. Nec erit ante ignobiles. Hebraicè; non erit ante tenebrosos, vel obscuros. Inde etiam nobiles dicuntur illustres, & splendidi. Propertius libro 2. Elegia 14.

Nec si qua illustres famina jactat viros. Imò nobiles dicuntur clari, quia illustres, quia splendidi; candor enim pro splendore, & candidum pro splendido sæpè ponitur. Lucæ 9. 29. Marci 9. 2. Ubi etiam animadvertas, alium pro nobili, infimus pro ignobili.

Stattius libro Sylvarum 3. Quis sublimis genus nesciat? Unde ignobiles appellari solent, humiles, imi, infimi. His statutis, cum tota luminosa, tota splendida, tota illustris, tota sublimis, tota clara Deipara Virgo insipientibus appareat, tota certè omni ex parte, nobilis cernitur, tota perlucida prælustribus majorum titulis. Singula illustremus.

1277 Primò, Mariæ calceamenta splendentè condecorantur Luna: Luna sub pedibus ejus: altero ex nobilioribus cæli astris, in nobilitatis quidem non vulgaris, sed augustioris, argumentum. Luna enim calceis affuta tum apud Romanos, tum apud Hebræos, primæ extitit nobilitatis insignie. De Romanis Plutarchus tradit in Problemat. Quæstione 79. cujus verba infra donabo: Juvenalis Satyr. 7. de Quintiliano loquens: Quintili.

Et nobilis, & generosus Appositam nigræ lunam subtexit alutæ. Et Martialis libro 2. calceos lunatos vocat: Martialis. Lunatam pellem. Et Stattius Sylvarum libro 5. Stattius.

Primaque Patricia clausit vestigia Luna. Comprobat hunc morem Cicero in Philip. Oratione 13. Cato Originum libro 7. Cælius libro Lætion. antiq. Quæstione 22. Capite 26. & 28. De Hebræorum nobilibus id etiam eruditus scriptoribus constare videtur ex Haie 3. ubi de Hebræis, etiam viris, est sermo sub nomine Filiarum Sion: supra enim dixerat: Et dabo pueros Principes eorum, & effeminati dominati sunt eis. Ideò verò vocat eos Filias Sion, quia more fæminarum delicias dediti erant, & sese curabant, ut muliebria paterentur more iniquo ab Assyrijs, Græcis, & Romanis, impudentissimè accepto. Et claret ex subiectis verbis: Composito gradu incedebant. Nam affixum hoc loco cum masculinum sit, vertit ex Hebræo Forerius: Pedes suos, vel pedes eorum laqueolis vincebant. De his ergo effeminatis viris dicitur: In die illa auferet Dominus ornamenta calceamentorum, & lunulas. Ex Hebræo vertas: Gloriam ornamentorum pedum cre-